Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25997
Copyright: Admont, Benediktinerstift



consciencia. Mundat enim longo tempore sacrificii do
mus. sanctus hospicium. angli domicilium. aula spiritus sancti. di
templum. Templum inquit dei estis apti. et spiritus dei habitat in
uobis. Denique ubi tota corporis sedata est querela. et inuo
to facti sunt sine querela. mox sterilitas fugit. reuuiscent
senectus. fides concipit. parit castitas. nascitur maior oca
hominum. par angelis. tuba celi. preco xpi. archanum patris.
filii numen. significer supni regis. peccatorum ueniam. iudex
correctio. uocatio gentium. et ut ppe dicam. legis et gratie fi
bula. que diploide summi sacerdotis sancti patris iungebat
in corpore. Euangelista quoque patris matrisque describit. ut
meritis. dignitas germinis nasceretur. et probaret maior
homine. quam ortu suo excedebat leges naturalis humane.
Si precessurus est iam nascatur iohes. quia instat natiuitas xpi.
Surgat nobis lucifer. quia iubar iam ueri solis erumpit.
et uox preconis quia adest iudex. et quia precessurus est dis. an
gelus iam precedat. Illorum quia quid supra hominem est. homo
referre non sufficit. uirtute nascentis angli. angelis iam
loquatur. Dixit inquit angelus ad zacharia. Ne timeas
zacharia. Exaudita est enim obsecratio tua. et elisabeth
uxor tua pariet tibi filium. et uocabis nomen eius iohem.
et erit gaudium tibi et exultatio. et multi gaudebunt
in natiuitate eius. et erit magnus coram domino. et uinum et
siceram non bibet. et spiritu sancto replebitur adhuc ex utero ma
tris sue. et multos filios israel conuertet ad dominum dm
ipsorum. et ipse precedet ante illum in spiritu et uirtute helie.
conuertere corda patrum in filios. et incredulos ad pru
dentiam iustorum parare domino plebem perfectam. Hactenus hic
magnus sermo. silet predicatio tractatoris. quando euan